



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

210. De refrenanda concupiscentia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

I. **S**I offers munus tuum ad altare, & ibi re-
 Scordatus fueris, quia frater tuus habet
 aliquid aduersum te: relinque ibi munus
 tuum ante altare, & vade prius reconciliari
 fratri tuo: & tunc veniens offeres munus
 tuum. *Matth. 5. v. 23. & 24.*

II. Esto consentiens aduersario tuo cito,
 dum es in via cum eo: ne fortè tradat te ad-
 uersarius iudici, & iudex tradat te ministro
 & in carcerem mittaris. Amen dico tibi,
 non exies inde, donec reddas novissimum
 quadrantem. *Matth. 5. v. 25. & 26.*

III. Cùm vadis cum aduersario tuo ad
 principem, in via da operam liberari ab illo,
 ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat
 te exactori, & exactor mittat te in carcerem.
 Dico tibi, non exies inde, donec etiam no-
 vissimum minutum reddas. *Luc. 12. v. 58.
 & 59.*

MEDITATIO CCX.

*Didagma XVI. De refrenanda
 concupiscentia.*

I. **A**Vdistis, quia dictum est antiquis: Non
 mœchaberis. Ego autem dico vobis,
 quia omnis, qui viderit mulierem ad concu-
 piscendum eam, iam mœcharus est eam in
 corde suo. *Matth. 5. v. 27. & 28.*

II. Quòd

D. N. IESV CHRISTI. 195

II. Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. *Matth. 5. v. 29. & 30. & infra cap. 18. v. 8. & 9. Marc. 9. v. 42. 43. 44. 45. 46. 47.*

III. Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. *Matth. 5. v. 31. & 32. Luc. 16. v. 18.*

MEDITATIO CCXI.

Didagma XVII. Non esse jurandum omnino.

I. Terum audistis, quia dictum est antiquis: Non perjurabis; reddes autem Domino juramenta tua. *Matth. 5. v. 33.*

II. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum; quia thronus